



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XCII. An lex Ecclesiae poßit in conscientia ad ieunandum obligare?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

nemo cogitur ad cibum etiam paruti,  
qui non habet appetitum, aut cibum.

III. RATIO Suadet. Quia Ius na-  
turæ iubet pœnitentiam agere pro pec-  
catis, tentationi resistere, peccata vi-  
tare: at qui potest euenire, ut quis nec  
per orationem, nec per cleemosynā  
satisfacere possit: ergo tunc ieuium  
tenebitur ad satisfactionem.

Non tamen ieuiū est in Decalo-  
go præceptum; qua hic pertinet ad  
Iustitiam; ieuium verò non, sed ad  
temperantiam.

DICO AD I. Ieuium cum sit in  
genere præceptum, & in se bonum;  
esse res adiaphora nequit, aut Dei Ver-  
bo contraria, cum adiaphora nulla ei  
aduersentur. De obligatione quæst.  
sequente.

## QUÆSTIO XCII.

*An lex Ecclesiæ possit ad ieuiandum  
obligare in conscientia?*

LUTHERANI & CALVINIANI; sicut olim  
Eusebiani & Aerianni, teste Socrate l. 2.  
bif. c. 33. & Epiph. heres 75., perit acriter negant.

LUTHERVS l. delibert. Christiana. Melanch.  
in Conf. Aug. a. 26. Brentius in Confes. VVittemb.  
e de ieuiuio.

CALVINVS Inst. 4. c. 12. Kemn. par. 4. Exam.  
Negant posse tam iuste ferri legem: ab lata  
quenquam obligari; nisi ratione Scandali;  
aut contemptus.

SVA DENT ex historia antiquitatis. 1. Kem-  
nius pag. 89. De ieuiuio Paschali voluerunt  
quidam cum Episcopo Romano leges fer-  
re, opinione necessitatis, sub excommunicatione,  
quando, quomodo esset ieuiandum.  
Sed Irenæus despondit, Liberas, & dissimili-  
les, esse illas obseruationes, nec cogendam  
Ecclesiæ.

2. Calu. & Kemn. Montanus, teste Euseb.

bif. l. 5. c. 17. primus tulit legem ieuij. Et  
Tertullianus defendit libertatem Christia-  
nam contra Montanum; nouisque leges de  
ieuiuio habuit pro hæresi.

3. Spiridion, ait Sozom. l. 1. c. 11. in quadra-  
gesima carnes apposuit hospiti suo, & come-  
dit. Ergo ieuium est res libera.

AVTOR. Legibus Ecclesiæ fideles  
obligantur in conscientia ad ieuiū.

1. S. Scriptura Veteris & Noui te-  
stamenti. Vide Antichristump. 4. q.

INSTAT Kemnitius Exempla præcepti ie-  
uiū Hebreorum referi ad κανονικὰ opor-  
tere.

At Audax hoc & impudens est: nā  
Scriptura laudat filios Ionadab, Iere.  
35. Mardochæum, Hes. 9. ob ieuiua  
instituta; Et illa quarti, quinti, septimi  
mensis, Zach. 8.

2. Quia sic docet Traditio; Cano-  
nesque Apostolorum, Can. 68. iubent  
non ieuiuant in quadragesima Cle-  
ricum deponi, Laicum excommuni-  
cari.

3. Sic & plura Concilia, Sanctique  
Patres. Vt rectè affirmet S. Chrys. hom.  
2. in Genesim, Quadragesimam infletere  
conscientiam Regum & Impera-  
torum omnium ad obedientiam. Un-  
de ultima flagell' ante annonā Consta-  
tinopoli Iustinianus alterā quadrage-  
simā hebdomadā macellum aperuit:  
nemo tamen è tanto populo velid in-  
trasset; mors eis præ fame: præ vtraq;  
præceptum fuit ieuij.

3. RATIO euincit. Quia præfules  
Ecclesiæ possunt condere leges; patet  
p. 2. q. 70. suprà: at omnis vera lex actū  
virtutis non necessarium facit neces-  
sarium: talis estactus ieuij iusta lege  
præceptus: ergo non necessarius est.  
Vnde peccatactus præcepti omissoꝝ,

aut transgressor. Neque hoc ratione *Et prius à Deo veniam petuit, quam scandali aut contemptus, vt finxit Melanchthon; nā hic & illud legedi- uina prohibentur, non ecclesiastica* vt ieiunium tempore isto tali. Qui au tem tempore prohibito comedit carnes absque Ecclesiæ contemtu, is peccat ratione temperantiae lessæ, quæ lege diuina & naturali præcepta est.

**DICO AD I.** Iræneus non dicit, fuis se qui cum Episcopo Ro. legē de ieiunio ferre vellēt: sed monet Victōrē, dis similitudinem ecclesiæ in celebrando Paschate esse tolerandam; sicut illa in ieiunando. *Deinde: non erat tunc quæstio de Paschatis & ieiunii lege; sed de Oriente & Occidente, an eadem lex utrobius seruanda esset. Demum: Nō erat quæstio de substantia, essetne ieiunium & Pascha seruandum; sed de accidente temporis.*

**AD II.** Vocem *primus* addiderunt Eusebio hæretici. Et Tertullianus nō dicit Montanum *primum* leges ieiunij fecisse; sed *nouas* addidisse; docetque ante Montanum fuisse ieiunium quadragesimæ. Et S. Hieronymus arguit Montanum quod tres quadragesimas excogitarit: idque ait Theodoreetus, præter Ecclesiæ morem: *Demum: hac in causa nulla est autoritas Montanistæ Tertulliani, morem Ecclesiæ hæreticæ impugnantis; non ciborum delectum, aut huius meritum; sed suas leges esuriales statuentis.*

**AD III.** Cuiuis licet tempore ieiunij edere carnes, ita iubente necessitate aut caritate. Sic Spiridion fecit. *Dein: hic nil cibi habuit præter carnes fumatas; quod, solitus dies plures ieiunare, tunc panem non parasset.*

ederet. *Et hospes recusauit carnes, Christianus sum, dicens. Cui Spiridion: Omnia munda mundis Christianis; scil. tali in necessitate. I. Iæc imitentur No- uatores. At eas silent.*

### QVÆSTIO XCIII.

*An ieiunium sit Dei Cultus Meritorius, & Satisfactionius?*

**LUTHERANI**, vt Melanchthon in Conf. Aug. art. 26. Brent. in Conf. V. Virtemb. de ieiu. Kemn. p. 4. Exa. pag. 42 d. cum Iouiniano docent, ieiunia, ciborum que delectum ad salutem prodesse nihil dicunt quicquam.

**CALVINIANI** ex Caluino Inst. 4. cap. 12. & Kemn. volunt utile ieiunium carni coercedæ, orationi adiuuandæ, humiliationi, penitentia. &c. At nihil ad placandum Deum, impetrandum auxilium, aut præmium promerendum.

**SVADENT** istis. 1. Brentius. Isa. 58. *Nunquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere animam? Nonne hoc est magis ieiu. Dissoluere colligationes impietatis. Kemn. ex Ier. 14. Etsi ieiunet, non exaudiam.*

2. Calu. Ioel. 2. *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.*

3. Melanch. 1. Tim. 4. *Exerce te ad pietatem: corporalis enim exercitatio ad modicum valet, id est, ieiunium ait S. Amb.*

4. Kemn. Allegata Pharisæi ieiunia Dominus Luc. 18. comparauit vestibus detritis, queis nouitas Euangelii non conueniat. Matth. 9.

5. Kemn. Ad Col. 2. arguuntur electitiae religiones, corpus macerantes. Huc afferunt (mala fide) S. Patres apud Bell. l. 2. c. 13.

**AUTOR.** Ieiunij fructus sunt plures iuxta Ecclesiæ Præfationem, Corporali ieiunio vitia comprimitur. mentem cleuas, virtutem largiris & præmia. Sic & S. Ambro-